



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

407. An intemperies aeris, & cœli gravitas sit causa justa & honesta resignandi Episcopatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

non cogitur Episcopus, nisi ubi cum pertinaciter malis simul in ruinam trahantur simpliciores, qualiter D. Gregor. Nazian. scandalis & seditionis vitanda gratia, quae ob ejus benefacta exorta, sponte cessit Episcopatu. AA. *idem* *ll. cit.* Monet autem Paris. *n. 176.* quod quoties cogitur Episcopus renunciare scandali tollendi gratia, danda sit ei recompensa, unde possit honeste vivere, citans Feder. de Sents de permut. benef. *n. 40.*

8. Respondeo seprimò: Irregularitas causa est, ob quam Episcopus non solum potest petere cessionem, sed etiam cogi renunciare Episcopatu. Paris. *cit. q. 3. n. 117.* pro primo citans D. Tho. 2. 2. q. 185. a. 4. Gigg. de resid. Episcop. *c. 17. n. 20.* & *n. 179.* pro secundo citans Abb. in *c. ad supplicationem, n. 8. de renunc.* Jacobat. *tr. de concil. l. 9. a. 3. n. 25. &c.* Laym. *loc. cit. n. 10.* Pirrh. *loc. cit. n. 49.* juxta expressum textum *cit. n. nisi.* quia Episcopus, ut *ibid.* dicitur, irregularis non potest exercere ea, quae sunt ordinis & officii Episcopalis; & quamvis superveniens post collatum beneficium irregularitas quaecunque non inducat privationem beneficii ipso jure. Paris. *n. 182.* citans Felin. in *c. inquisitionis, de accusat.* Navar. in *c. si quando, de rescrip. except. 10. n. 12.* & in *Man. c. 27. n. 250.* potest tamen ob irregularitatem privari. Paris. *n. 183.* citans Jo. And. Innoc. Cardin. in *c. cum in nostris, de concess. preb.* & consequenter cogi ad renunciandum, Paris. *n. 185.* citans D. Tho. *ubi ante, &c.* Porro procedit responsio, dum irregularitas est indispensabilis, seu talis, in qua Papa ordinariè dispensare non solet: v. g. si sit bigamus, seu qui duas uxores, vel unam viduam uxorem habuit. Laym. Pirrh. *ll. cit.* secus si irregularitas est dispensabilis v. g. defectus natalium; tunc enim Episcopus, licet non poterit (id est, non debuerit) defectum illum subterfere, si tamen & culpa latet (contracta nimirum per hoc, quod defectum illum tempore promotionis tacuit) & causa, id est, ipsa irregularitas, adeoque v. g. defectus natalium est occultus, non expedit, seu non debet ei licentia renunciandi concedi, sed potest (seu magis expedit, seu potius debet) cum eo, qui alias laudabiliter suum implevit officium (injunctà ei competente penitentià) dispensari propter Ecclesiae utilitatem; ita tamen ut cum nothis seu spuris, qui ex adulterio, vel alio damnato coitu nati sunt, vel cum Manzeribus, id est, qui ex scorto nati sunt, & vulgo quæsitè appellantur, quorum pater ignoratur, difficilius dispensetur, & facilius cum naturalibus, qui ex concubina seu simplice fornicatione nati sunt, *cit. c. nisi. §. persona vero,* & juxta illud Laym. *ad cit. §. Pirrh. cit. n. 46.* citans Gl. *ibid. v. causa.* & Abb. *n. 20.* Similiter Papa dispensabit, seu dispensare solet cum eo, qui ex delicto, v. g. homicidio occulto contraxit irregularitatem, & Episcopus factus est; non item, si delictum publicum seu notorium sit. Pirrh. *loc. cit.* Laym. *loc. cit.* & Th. *mor. l. 4. tr. 5. p. 5. c. 9.* & de elect. Pralat. *q. 176.* juxta Tridentinum *sess. 24. c. 6.*

*Questio 406. An ex aliis causis præter sex illas jam expositas Episcopus possit Episcopatum resignare?*

Respondeo negativam teneri apud Paris. *cit. q. 3. n. 201.* ab Host. in *cit. c. nisi cum pridem. n. 78.* Butrio *ibid. n. 5.* Fusc. de *visitat. p. 2. c. 28. n. 1.* Redoan. de *simon. p. 2. c. 13. n. 11.* Gigg. de *resid.*

Episcop. *c. 17. n. 12.* quibus accedit Laym. in *cit. c. nisi. §. verum.* Affirmativam teneri & dici veriorum, modò causa sit honesta & utilis, à Paris. *n. 203.* Pirrh. *loc. cit. n. 50.* probabilem dicit, quamvis in fine *hujus num.* addat, DD. tenere tanquam communiorem, quòd præter sex illas causas allatas non sit alia causa resignationis faciendæ vel concedendæ Episcopis, eò quòd, si quæ alia causa occurrant, videantur ad illas sex in jure expressas commòdè revocari posse, & hoc velle videantur AA. pro contraria citati. & *n. 51.* si Episcopus nullam ex dictis, vel quæ ad illas revocari possit, causam allegare valeat, non potest petere licentiam cedendi, sed Episcopale officium retinere debet; cum perpetuo matrimonii vinculo Ecclesie suæ sit obligatus. Affirmativam ex eo probat Paris. *cit. n. 203.* ex finalibus verbis citati textus. *c. nisi. quia verò in postulando cedendi licentiam institisti, tibi te duximus relinquendum, ut distinctis causis, propter quas cedere oporteat, si propter aliquam causam utilem & honestam in hujusmodi proposito perseveras, de licentia nostra cedas, alioquin cedendi licentiam auctoritate Apostolica tibi scias penitus esse interdictum, &c.* Neque ob stare videtur, quòd Papa in *cit. textu* permittat: Verum si propter alias causas cessionem affectes, non est in hoc tibi postulanti favendum, cum hujusmodi postulatio videatur non esse discreta, &c. eò quòd ea intelligenda solum de causis non justis nec honestis, sed indiscretis & illegitimis, cum in fine textus excipiatur causa justa & honesta, & sequentia declarent præcedentia. Paris. *n. 205.* & ex eo Pirrh. *cit. n. 50.* Neque etiam ob stare videtur, quòd sex solum causæ resignandi Episcopatu sunt assignatæ; nam cum hic videantur referri solum casus aliquot, tanquam qui frequentius occurrant, non excluduntur aliæ omnes causæ honestæ & utiles. Paris. *n. 207.* Pirrh. *loc. cit.* Adde, quòd inclusio unius non sit exclusio alterius, præcipue, dum casus exclusus includitur alià viâ, uti fit in præteute per dicta verba finalia citati textus. Paris. *n. 206.* Verum, quæ sit causa utilis & honesta, debere remitti arbitrio judicis, ait Paris. *n. 208.* ex Nav. in *commentar. 4. de regular. n. 36.* Unde

*Questio 407. in specier. An intemperies aeris & caliditas sit causa justa & honesta resignandi Episcopatum?*

Respondeo affirmativè; si exinde incuratur periculum vitæ. *c. ad supplicationem de renunc. junctà Gl. v. morari.* Pirrh. *cit. n. 50.* Paris. *cit. q. 3. n. 244.* citans Host. in *cit. c. ad supplicat. in princ.* Redoan. de *simon. p. 2. c. 13. n. 11.* Rebuff. in *pr. cit. de resign. expres. n. 2.* & multa huc congerens: ut quòd aeris intemperies sit justa causa non morandi in aliquo loco juxta Barth. excuset à residentia juxta Felin. in *c. accedens. il secundo. ut lite contest. n. 11.* Fusc. de *visitat. l. 2. c. 28. n. 9.* excuset citatum, tanquam locus non sit securus, ut Felin. *ubi ante n. 2.* excuset à cursu præscriptionis, ut Felin. in *c. cum non liceat. de prescrip. col. 6. &c.* Porro declarat hanc responsum *n. 252.* si hujusmodi intemperies aeris sit in tota diocesi.

*Questio 408. An inimicitia capitales, quas Episcopus in suo Episcopatu habet, sint sufficiens causa resignandi Episcopatum?*

Respondeo affirmativè. Pirrh. *cit. n. 50.* Paris. *cit. q. 3. n. 253.* citans Fusc. *ubi ante n. 8.* Abb.